



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Inuisentibus recta tradit monita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

stantia, corrogasset semper, tum sine modo, ac sine comquirebat, rogans & coram, perq; literas amicos, non modò vt ipsi pro se apud Deum supplices essent, sed alios etiam quā plurimos ex suis quisq; sociis adhiberet. Aiebat enim cupere se vt eiusmodi comprecatores quam plurimi sibi cōtingerēt, qui sua pietate tam ærumnosum senem subindè fulcirent, ac sustentarent. Quas preces vt cupide postulabat, ita consequutus maximi faciebat. Pridie sancti Nicolai forte literas accepit, quibus complura sacrificia, tum rosaria, psalmi, litaniæ, & huiusmodi precationum numerus ingens deferebatur. Quas literas dum legit, ea concitauit mentem lætitia, sic emicare cœpit ex vultu animi gestientis diuina quædam hilaritas, vt qui præfens aderat socius, totum os angelicis velut radiis intueri sibi coruscans videretur. Subiit deinde, maius illud esse donum, quam vt vnum perfrui ipsum deceret. Itaq; postridie thesaurum omnem positus in disco literis, quibus consignatus erat, sancto Nicolao obtulit, vt inter Collegij socios, qui omnium maximè indigerent, ipse distribueret.

*Inuisentes
vel a tradit
monstr.*

Inuisentes, qui non pauci cum è laicis, tum è
sacris

sacris hominibus ventitabant, nunquam omittebat cohortationibus piis ad virtutem incendere. Et quidem de sacro Capuccinorum Ordine duos sexto ante obitum die ita est allocutus. Patres non mediocri afficior gaudio, quod in optimo statu versimini, & eiusmodi vitam viuat, quæ alios trahat exemplo. Vos igitur obtestor, ut cœptū magno animo persequamini, & cursum tam salutarem consummetis. Similia pios alios adhortabatur viros, quos magnopere semper veneratus est, & sermones cum eis de adipiscenda perfectione iucunde contulit. Cum ægrotaret ^{Miseretur alienum} Franciscanorum Custos nihil curare aliud videbatur: adeo frequens percunctabatur de illo, precesq; pro eius valetudine instituebat. Cognita autem morte Vicarij Friburgensis vehementissime ingemuit, quod vtilis Ecclesiæ viri eriperentur, ipse verò iam inutile pondus relinqueretur. Acceptis literis ex Inferiore Bauaria, quas nobilis femina per certum nuntium miserat, opem implorans aduersus Dæmonem, quo vexabatur: seque ipsam Friburgum mox venturam testificans, modo speraret superstitem inuenturum, vbi eas literas legit, confusus cum graui suspirio, Heu quem

Cc

me,